



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

31. An si quis v. g. videat Clericum ex oblicione inuincibili omittere ifficium  
vel aliquem comedere carnes in die ieunii, &c. teneatur illos monere? Ex  
p. 9. t. 8. Misc. 3. r. 48. §. 1. tantum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

illius, eoque modo de eius fidelitate, in confessione dubitate viderentur, quod aliquo pacto exolam confessionem redderet: debent quidem in confessione suos paenitentes monere, & corrumpere, non tam fraternè, quam judicialiter, sed occasionem suarum monitionum, ex iis, quæ in confessione sibi declarantur, debent artipere, non autem aliunde inuestigare. Et ita docet Duallius in 2. e. tractat. de Charit. quest. 9. articul. 4.

## RESOL. XXXI.

*An si quis, v. g. videat Clericum ex obliuione inuincibili omittere officium, vel aliquem comedere carnes in die ieiunij &c. teneatur illos monere? Ex part. 9. tractat. 8. & Mis. 3. Resolut, 48. §. 1. tantum.*

*Sup. hoc in fra in Ref. 68. & signa- ter 9. Dixi. & in §. 1. à lin. 4. & seqq.*

§. 1. **N**egetiam sententiam tanquam probabilitatem admittit doctissimus Pater Ouedo in parr. 2. D. Thome tract. 5. contr. 2. punct. 3. num. 29. & 30. ubi sic ait: Difficilis est definire, an priuata persona teneatur depellere ignorantiam inuincibilis ab alio, quando ex illa facit opus, quod ignorantia seclusa, peccatum esset, etiamsi hic, & nunc ratione ignorantiae excusat. De hac re Doctores agunt in materia de correctione fraterna, & omnes affluerunt non teneri priuatam personam monere sic facientem opus peccaminofum, à quo excusat ratione ignorantiae, quando talis monitio non speratur fore vtilis. Si tamen vtilis speretur, distinguunt Doctores, aut opus factum ex ignorantia est contra ius naturale diuinitum, vel contra ius positivum. Quod est contra naturale, vel diuinitum, fatentur omnes, per se loquendo, teneri personam priuatam monere sic errantem. Quando verò est contra ius positivum humanum, vt non comedere carnes die Veneris, recitare horas cononicas, aut alia huiusmodi. Authores divisi sunt. Tannerus 2.2. disput. 2. quest. 5. dub. 4. num. 77. docet hanc admonitionem esse faciendam, quando speratur fore vtilem. Suar. 2.2. disput. 8. de praecept. corrept. docet quilibet teneri in hoc casu depellere ignorantiam alienam non praecepto correctionis, sed dandi consilium, vel doctrinam. Mihi tamen valde probable est hominem, qui aduertit, Clericum ex obliuione inuincibili omittere horas verspertinas, aut alium comedentem carnes in die Veneris absque aliorum scandalo; non teneri illum monere. Ratio est, quia ad hoc non tenet praecepto correctionis, quia alter non labitur. Nec alio praecepto, cum illæ actiones ex semelâ non sint; & malitia, quam haberent ex oppositione ad leges humanas, excusat qui eas exercet ratione ignorantiae. Nec leges humanæ positiuæ tanti momenti sunt, vt omnes teneantur illis eas in memoriam reuocare, quoties ex earum ignorantia, aut obliuione naturali imminet materialis illarum transgressio: Hucusque Pater Ouedo, qui citat Villalobos. & Azorium; cum quibus subdit priuatam personam teneri ad ignorantiam prædictam ab alio remouendam, quando cederet in damnum tertij, vel ex ea orioretur scandalum. Vide etiam circa præsentem quæstionem Coninch. disput. 28. dub. 4. num. 43.

## RESOL. XXXII.

*An Parentes, Domini, & Mariti teneantur strinx ad correctionem? Ex part. 7. tractat. 3. Resol. 31.*

§. 1. **D**e hac quæstione cursim suprà aliquod dis-  
cuto Mendoza vol. 2. disp. 162. sect. 2. §. 10. quod  
parentes tenentur corrigit filios, & ceteros à  
familia speciali quidem titulo, hac doctrina non  
egit probatione. Heli enim interit drepente, quia  
filios suos non deterruit à peccato, quo populum &  
sacrificii arcebant. Apofolus item patribus familiis  
crebro præcipit, ut sciant dominibus preceps, & filiis  
habere honestos: imò tenetur aliquo supplicio pater  
no eos in officio tenere. Prima ratio est ab exemplo  
rerum temporalium, de quibus Patres tenentur pro-  
videre filiis titulo speciali, cùque præfere debet  
cateris personis priuatiss: ergo eadem ratione tenen-  
tur illis prouidere in rebus spiritualibus, cùque ce-  
teris præferre. Secunda ratio est: quia filii ob con-  
iunctionem cum parentibus, non carentur difflenti,  
& pro sanguinis coniunctione proximiori, auctem  
tenemur omnes strictiori lege, quam alieni:  
quod ipse ferat communis. Tertiù quia ad pare-  
tes spectat filios bonis moribus imbure: ergo &  
peccato deterrire.

2. Et ideo Villalobos in summa tom. 2. tract. 4.  
difficult. 6. num. 5. sic ait. [ Los maridos respeto de las  
mujeres; y los padres respeto de los hijos; y los se-  
ñores respeto de los criados, aunque no tienen tales  
obligaciones a la corrección, como los Prelados que  
tienen el governo espiritual, tienen la mayor, que  
los demás, como consta de S. Augustino, y ha de ad-  
vertir, que estos no pueden en sus inferiores hacer  
corrección judicial aunque bien pueden castigarlo  
moderadamente, y dice Arragon, que no tiene obligación  
el amo, de echar al criado de casa, para apartarlo de  
la manceba, sino fuesse por razón del escandalo ni  
quitarse la comida el dia del ayuno, porque le da  
quejiba, o echarle de casa porque no ayuna, fu-  
solo está obligado a corrigirlos. Mas yo se  
como si el mogo y la moja están amancebados  
y lo sabe el amo, se pueda excusar de echarlo de  
de casa pudiendo: pero en lo demás, bien ma-  
parece que no tendrá obligación de echarle de ca-  
sa, porque esta amancebado con una de fuerza.]  
Ita ille.

## RESOL. XXXIII.

*An priuatus teneatur vitam suam emendare, vt possa  
peccatum corriger, quando ob peccatum iniqua  
efficitur ad correctionem?*  
*Et an saltem ob correctionem fraternam in casu extre-  
me necessitatis non solum Prelati, sed etiam pri-  
mati sint obligati pœnitere? Ex part. 6. tractat. 3.  
Ref. 16,*

§. 1. **A**d hoc dubium ita respondet Coninch  
Char. disput. 28. dub. 7. num. 132. & seq.  
Priuatus cui non incumbit specialiter aliquam curam,  
vivens in peccatis, si alium suo malo exemplo non  
pertraxit ad peccatum, communiter non obligatur  
singulare præcepto charitatis erga proximum vitam  
suam emendare, vt hunc peccantem possit corrigere.  
Ita Bañez 2.2. quest. 33. art. 6. in dub. concl. 1. citans  
Sotum, Lorca ibidem disp. 42. num. 12. Baldel. quæst.  
33. art. 5. concl. 3.

2. Probatur quia quando alterum meo exemplo  
vel autoritate non induxi ad peccandum, tunc non  
mihi, sed ipsius malitia imputandum est, si nolit se  
emendare nisi ego me emendem; nec enim teneat  
qui quis modo alterius emendationem procurare; sed  
sufficit, quod medius ordinariis utr. eum ad emenda-  
tionem adhortando, quando hoc opportunitum est.